

aus non est, sed immunitatis auxilio juvatur. Ita cum D. Covar. asserunt Suar. n. 18. 19. Farinac. in prax. quast. 28. num. 41. & de immunit. cap. 14. num. 100; Bonacin. d. §. 4. num. 16. Per. Greg. synagmat. jur. lib. 13. cap. 22. num. 2. vers. Non effrautores carcerum, Peregrin. cap. 5. num. 9. Bobadill. n. 61. 62. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 19. Ambrosin. cap. 10. num. 11. Decian. d. cap. 28. n. 28. Layman. d. tract. 9. cap. 3. num. 9. Guttier. quast. 6. num. 5. Cur. Philip. num. 13. Paz num. 41. 163. Delbene cum aliis dict. dubit. 10. sect. 6. a princip. Guazzin. num. 37. Navar. sup. num. 19. Quidquid dixerit Gambacurt. sup. num. 9.

134 Aliter resolvendum est de fugiente postquam sententia exequibili ad turrem, vel metallum damnatus est, & multo magis si a loco metalli, vel turrem fugiat. Bobadill. num. 74. Cur. Philip. num. 46. Mart. de iurisdic. part. 2. cap. 57. num. 17. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 29. n. 33. Sarp. sup. cap. 5. fol. 54. Curtell. lib. 1. q. 25. num. 8. & q. 40. per tot. Gamma decis. 362. Villadieg. sup. n. 215. De quo apud nos est l. 9. §. penult. tit. 24. lib. 8. Recopilat. Ibi ita expressè statuitur.

135 A qua opinione recedunt Ant. de Marinis quotidianar. resolut. c. 177. n. 2. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 40. Pereira sup. part. 2. c. 50. n. 17. Tullenach. in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 3. num. 29. Correa part. 3. q. 4. num. 9. Novar. sup. num. 27. Guirba crimin. conf. 30. n. 21. Lezana verbo Immunitas, n. 16. Delbene dubit. 10. sect. 9. par. tot. Similiter de exule asserunt Delbene d. 6. sect. n. 2. Marc. Ant. Genuen. in prax. c. 22. num. 1. Bonacin. §. 5. n. 15. Farinac. de immunit. c. 2. a. num. 37. Paz n. 147. Navar. num. 19. in fine. Idem dic de baunito, Bonacin. & alij: Delbene sect. 5.

Ibi: Quae quidem praxis ex eo etiam improbat

136 Carceratus, qui praestito juramento commentariensi de redeundo ad carcerem, exiens ad Ecclesiam confugit, turus est in ea, saltem ne poena corporalis ipsi imponatur, ita ut si periculum ejus imminet, extrahi non permittatur, sed juramenti ratio impeditur: Ita Suar. n. 20. Decian. n. 21. 33. Bonacin. §. 4. n. 17. Farinac. d. q. 28. n. 43. & de immunit. cap. 15. n. 200. Dian. p. 3. tract. 1. res. 37. Ambrosin. p. 1. n. 12. Paz n. 104. Layman. ubi proximè Guazzin. d. cap. 37. n. 38. Egund. in precept. Eccles. part. 2. lib. 4. c. 4. n. 58. Navar. n. 9. Delbene sect. 10. Quanquam contrariū placeat Curtell. sup. q. 19. n. 4. Bobadill. cum aliis, n. 60. Peregrin. c. 5. n. 10. Cur. Philip. n. 1. Azor. sup. part. 2. l. c. 9. vers. Quid dicendum. Sed Communis est omnium amplectenda, quam sine distinctione admittendam esse, ita ut nullo modo reus extrahendus sit ab Ecclesia, docent Bonacin. Delbene, & Dian. ubi sup. Haec dicta sunt de carcerato iuste; nam qui inique in vinculis detinetur, an teneatur praecise relationem juramenti postulare? dixi lib. 1. cap. 2. a. n. 48.

[Vers. Decimo nono, oportet pendere

137 Ur innotescat quibus casibus Ecclesiae immunitas delinquentibus non suffragetur, verba Gregoriana Constitutionis, qua omnes continentur, sunt praemittenda, ibi: Ad unam tantum formam reducimus, & moderamus, ut laici ad Ecclesias, locaque Sacra confugiant, si fuerint publici latrones, vivumque grassatores, qui in itinere frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, vel depopulatores agrorum, quique homicidii, & mutilationes membro um in Ecclesiis, earumque ceteris committere non verentur; aut qui prodicione

proximum suum occiderint, aut assassinii, vel homicidii, aut lese Majestatis rei in personam ipsiusmet Principis, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Qua constitutione confirmatur quod ex cap. inter alia, de immunitate Ecclesiar. docet D. Covar. scilicet depopulatores agrorum non gaudere Ecclesiastica immunitate. Sed dubium est, an posteam constitutionem, etiam diurnus depopulator censetur exceptus? nam etsi in d. cap. inter alia, solum excipiatur ne diurnus, in praevia Bulla de depopulatore agitur simpliciter, atque ita omnis depopulator videtur comprehensus; & ita tenent Farinac. de immunit. cap. 11. n. 16. Scortia theorem. 385. Barbol. de jur. univers. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 3. num. 87. Lezana sup. num. 10. Bonacin. §. 6. num. 5. Dian. part. 6. tract. 1. res. 15. vers. Verum publicis, cum seq. Guazzin. capit. 38. num. 38. An bresir. cap. 4. n. 5. etsi aliud tenuerit Castr. Pal. d. disp. unic. punct. 9. num. 5. quod probabile dicit Delbene dubit. 17. n. 2. 3. Pelliz. num. 11.

De nocturnis depopulatoribus agrorum nullū est dubium, quin Ecclesiae immunitatem non mereantur; ut notant Delbene dubit. 16. Farinac. d. q. 28. num. 50. & d. cap. 11. num. 158. Bonacin. & Dian. ubi proximè, Bobadill. numero 24. Guazzin. ubi proximè, num. 37. Suar. num. 4. Clar. d. quast. 30. num. 9. Paz. n. 66. cum aliis, Decian. c. 28. num. 3. Pelliz. num. 11.

Depopulatores agrorum dicuntur, qui segetes in agris surripunt, vel vineas, & fructus devastant, ut observat Decian. Delbene, Paz, Bonacin, & alij sup. Incendiaris quoque agrorum inter depopulatores recensentur; non sic qui in turbe domos incendunt, nisi quis alicujus sublequetur; quae cum prodicione inferatur, homicida immunitatem non consequetur: Delbene num. 6. Bonacin. num. 6.

Ibi: Sic etiam excipitur famosus laicus.

Latronem, vel grassatorem publicum ad Ecclesiam convolantem extrahi posse, ut debite coercatur, adnotantur Suar. Clar. Bobadill. sup. Delbene dubit. 13. num. 1. & dubit. 18. ubi de grassatoribus. Pelliz. n. 9. Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Barbol. d. cap. 3. ex num. 78. Guttier. sup. lib. 3. quast. 4. num. 2. Decian. numero 2. Bonacin. sup. a. num. 1. Gregor. Lop. in l. 4. Gles. tit. 11. p. 10. Dian. d. resolut. 15. in princip. Guazz. num. 33. Farinac. de immunit. c. 10. num. 147.

Quis autem publicus latro censetur, ut immunitate privetur? explicant praefari DD. maxime Decian. Delbene, Farinac. Bonacin. Barbol. Guazzin. Pellizzar. Ex quibus colligitur, multa desiderari. Primum quod violenter furetur. Secundum in viis publicis, & frequentatis sive in terra, sive in mari depradari. Tertium, actus reiterationem, non enim ex unico furto qualificato, ut dictum est, aliquis publicus latro dicitur. Quartum, quod constet notorietate juris, vel facti, confugientem talem latronem esse. Videantur praeceteris Delbene, & Dian. Latrones publici etiam dicuntur, qui personas capiunt, & quasi pretium libertatis, vel vitae, ab eis accipiunt; si hoc in locis publicis, & cum aliis qualitatibus traditis perperant; Dian. dict. resolut. 51. in fine. Delbene dubit. 15. ubi alij. De famoso latrone nonnulla diximus hoc lib. capit. 9. numero 77. 78.

Ibi: Quasi secundum eos simplices fures.

Fures alios, praeter latrones publicos, immunitate

tate non esse de jure privandos, probant Delbene d. cap. 16. d. bir. 14. num. 1. Mar. Ital. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 1. Bonacin. d. §. 0. num. 4. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 9. ubi de forante in Ecclesia, idem fecit Decian. num. 4. Clar. num. 14. Farinac. c. 28. numero 51. Guzzin. cap. 37. num. 57. Paz numero 71. Anton. Gom. ubi proximè, qui duo limitant, si fur tria commiserit furta, ex quo famosus fur efficitur. Sed haec limitatio est contra d. Bullam Gregorianam, & mentem DD. quae exigunt, ut furta fiant violentè, & in viis publicis.

Ibi: Consuetudo tamen consensu Clericorum.

144 De hac consuetudine extrahendi ab Ecclesiis simplices fures testantur, eadem approbantes, Suar. d. n. 4. Bobadill. n. 22. Jul. Clar. ubi nuper, Paz num. 70. Scarp. cap. 5. fol. 51. Filliuc. tract. 15. cap. 6. gu. 5. n. 152. Farinac. d. q. 28. n. 51. Bonacin. d. n. 4. in fin. Cur. Philip. d. §. 12. n. 41. Guazzin. sup. Pellizzar. d. c. 5. n. 3.

145 Eam verò consuetudinem damnant, sentientes non posse adversus immunitatem Ecclesiasticam introduci Dian. d. resolut. 9. Decian. ubi proximè. Mar. Italia n. 2. Farinac. mutans sententiam de immunitate c. 6. n. 94. Pellizzar. sup. tom. 2. tract. 8. c. 5. n. 3. 10. Tufchi. lit. E. conc. 10. n. 23. Delbene. n. 5. qui tamen subdit, quòd si consuetudo post Bullam Gregor. XII. legitime alicubi praescripta sit, sustineri debet, nam omnes illam sunt per Pontificem abrogatae. Sed adhuc post eam constitutionem in Hispania eadem viget consuetudo, ut testantur, qui post ipsam scripsere, & ita in usu est, cum Bulla Gregoriana recepta non sit, ut dixi sup. num. 33.

146 Ex eadem Bulla reis laeae Majestatis in personam Principis jus immunitatis Ecclesiae non competit, ut notat Delbene d. cap. 16. dubit. 23. num. 2. Dian. p. 6. tract. 1. resolut. 18. vers. Sed cessat, Guazzin. d. defens. 1. cap. 38. n. 31. vers. Sed hodie tollitur, Bonac. §. 11. num. 1. Ambrosin. sup. cap. 9. Peregrin. c. 9. Franc. Silvi. in suis var. resolutionib. verb. immunitas, n. 108. Circa quam exceptionem plures examinantur quaestiones, de quibus latè Delbene, Dian. Bonacin. ubi nuper. Olim verò res erat controversa; non paucis sententibus, tales reos immunitate gaude, ut Guttier. d. lib. 3. q. 4. n. 17. Villagut. de extens. leg. cap. fin. n. 5. Scortia theorem. 387. Bossin. prax. rit. captur. n. 32. Castr. Palao. d. disp. unic. punct. 10. n. 42. Aliis pluribus contra tenentibus: scilicet Gigas de crimin. les. Majestatis. lib. 3. tit. de plurib. & divers. quaestion. q. 93. per tot. Clar. d. quast. 30. num. 10. in fine. Bobadill. num. 55. Decian. d. d. cap. 28. num. 23. Cur. Philipp. num. 28. Quae sententia expressè approbatur praefata constitutione quoad delinquentes in personam Principis, sed quoad alios reos laeae Majestatis reprobari tacite, ut sentiunt Bonacin. Delbene, & Dian. qui sic eam intelligunt, ut nec occidens Cardinales, Reginam, filios Principis, ejusque supremos Ministros, ut Proreges, aut Consiliarios, immunitate privetur. De quo alij apud ipsos diverse modo opinantur, & meritò potest dubitari.

Ultra casus in eadem Bulla exceptos, alij recensentur, in quibus reus immunitate Ecclesiastica non defenditur, quos congerunt Gonn. sup. fallent. 1. cum seqq. Clar. d. q. 30. Bobadill. sup. cap. 14. Paz dict. cap. 3. §. 2. Villadieg. in Politic. cap. 3. Guazzin. d. cap. 38. Cur. Philipp. tom. 1. part. 3. §. 12. Petr. Sarp. de Aylor. immunit. cap. 5. Quos tamen communiter Theologi rejiciunt, ut videre est apud Delbene dubit. 24. per tot. Dian. p. 1. tract. 1. c. p. 6. tract. 1. qui tenent, nullum facinus etiam detentius in Bulla

la expressis excipi posse, ne reus immunitatem obtineat, quia Gregor. XIV. qui plures casus exceptit, quàm jus commune Canonico, usus est taxativa. Tantùm, per quam extensio exclusiva est; maxime cum de immunitate & f. v. e. Ecclesiae tractetur: cui sententiae etiam juxta cap. inter alij de immunit. Ecclesiastic. subscripserunt se Bobadilla num. 22. Clar. num. 10. Montalu. in l. 4. tit. 11. part. 1. Farinac. de immunit. cap. 22. num. 33. Charrat. de inf. crimin. 9. Guttier. d. q. 4. num. 12. & alij quos refert Bobadill. sup. lit. M. qui asserunt, non esse leges civiles observandas, quae jubent, ne immunitas suffragetur raptoribus virginum, adulteris, & homicidis, ut in Aubert. de mandat. Princip. §. Nec autem homicidis, quia juri Canonico standum est, & istam opinionem amplectuntur quamplurimi; quos laudant Delbene d. dubit. 24. sect. 1. num. 3. & Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 25. vers. Secundò probatur, juxta quam, extensio admittenda non est in hac materia ex identitate, vel majoritate rationis.

Contrariam verò affirmant D. Covar. hoc cap. 14. numero 78. Gambacurt. lib. 5. cap. 18. Portel. in dubiis Regular. verb. Ecclesia immunitas, num. 15. Curtell. sup. lib. 1. q. 2. c. 21. Sarp. cap. 5. fol. 55. Decian. dict. cap. 28. num. 20. Per. Greg. dict. cap. 2. num. 1. vers. Sed & tertio de quo supra n. 36. Sed cum, magis communiter oppositum teneatur, nisi consuetudine aliud obtinuerit, prior opinio amplectenda est, ut post Innocentium resolvit Bobadill. num. 22. in fine. quae casus excepti per DD. ultra expressos in Bulla, admitti possunt, ut in eis immunitatis auxilio non sit locus. Alioquin in arbitrio Judicum esset immunitas Ecclesiastica, si possent canonicam sanctionem ad casus similes, vel atrociores extendere; quoniam qui casus similis dicatur, est in iudicis arbitrio, ut docet Meno. h. de arbitr. lib. 2. cas. 84. num. 7.

Ad Num. 14.

147 Illi, qui ad Ecclesiam propter aes alienum confugiant, immunitate non defenduntur, secundum Curtell. lib. 1. quast. 32. a. n. 26. Ceval. in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 5. num. 16. Bobadill. sup. n. 66. Ant. Gom. in l. 79. Taur. n. 5. Parlad. quotidianar. lib. 1. c. p. fin. §. 6. num. 2. Olan. in antinom. jur. verb. Fugiens n. 104. Et alios praesertim Hispanos, qui moventur ex l. fin. tit. 2. l. b. 1. Recopil. ubi ita disponitur, & declaratur, debitores non gaudere immunitate: quod etiam videtur decisum per Clementem VIII. qui per Bullas quasdam praecipit, ne debitores fugitivos ad Ecclesias Praelati admitterent, ut immunitate gauderent, ut refert Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 20. Delbene dubit. 11. section. 6. num. 11. & in Gallia ita lege Regia constitutum esse testatur Per. Greg. n. 2. Nihilominus contrarium est verius, ut paulò inferius. n. 153. cum D. Covar. probavimus: nam ad l. Regiam (praeter quod dubium valde sit, an possit immunitati Ecclesiasticae aliquid per illam detrahi) responderi potest, non esse in Hispania usu receptam in debitore simplice, sed in fraudulento, ut testatur Bobadill. num. 68. Ad alterum fundamentum asserendum est cum Dianá, eas Bullas missas fuisse ad Archiepiscopum Bononiensem, & Nuncium Neapolitanum, ultra quorum territoria vim non obtinent versus jus commune.

Ibi: His suffragatur, maxime in his Hispaniarum Regnis.

Hoc nihil ad rem, ut immunitas debitoribus non denegetur;

denegatur, ut observant Navar. in Manual. c. 25. num. 19. Paz d. s. 3. n. 13. ubi alij, Decian. d. c. 28. n. 34. Sed de eo in Hispania curandum non est, quoniam debitores creditoribus minime traduntur, & leges illud præcipientes in desuetudinem abiere: observavi sup. hoc lib. c. 1. num. 4.

Ibi: Cum servus fugiens ad Ecclesiam.

151 Paritas negatur, quia servus à domino fugiens, sui ipsius furtum committit, l. 1. C. de servo fugitivo, qui non extrahitur ad poenam; sed ut debitum juxta suam conditionem ministerium exhibeat; et si ipsum Ecclesiam tueretur contra dominum, peccatum foveret. Debitor vero non peccat confugiens; ne carceribus mancipetur, aut creditori quasi servus tradatur, ubi de eo videtur statutum, quoniam poenale est, cum homo liber servire invitus compellatur; maxime si cum decore fiat, ut in Hispania, ubi signum miserandi status ad collum gestabat torquem scilicet ferreum: dixi hoc lib. cap. 1. num. 39. Hunc igitur Ecclesia defendit, ne poenam quasi servitutis sustineat, cum aliunde possit acquirere, ut creditoribus satisfiat. Quibus, etsi aliter explicent, consentiunt Delbene dubit. 11. sect. 3. & alij infra, n. 153.

152 Illud compertum est, quod servus ad Ecclesiam confugiens, non propter ludicem, sed ob domini severitatem, seu savitiam, præstito juramento, aut sufficienti cautione, arbitrio Prælati, de immunitate servi secundum delicti qualitatem, est domino tradendus etiam invitus: quod si cavere nequeat, aut nolit vendere mancipium compellitur, de quo in cap. inter alia, de immunit. Ecclesiar. l. presentis, §. fin. C. de iis, qui ad Eccles. l. 3. tit. 11. p. 1. S. Sed hoc tempore, Inst. de iis, qui sui, vel alien. jur. sunt. Delbene dubit. 10. sect. 13. per tot. Farinac. de immunit. cap. 4. n. 76. Suar. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Decian. lib. 6. cap. 26. n. 9. Germon. lib. 3. c. 16. n. 55. Curtier. practicar. lib. 1. c. 1. num. 3. 18. Bobadill. n. 70. Guazzin. cap. 38. num. 27. 28. & omnes communiter. Quod si servus crimen perpetraret, publica coercitione dignum, tutus est in Ecclesia, nec domino debet restitui; ut notant Delbene ubi proximè, Paz n. 162. Greh. Lop. in l. 3. Glos. 1. tit. 11. part. 1.

Verf. Sed profectò.

153 Debitor onere æris alieni gravatus ad Sacrum asylum convolans, eiusdem gaudet immunitate; Suar. cap. 11. num. 3. Farinac. d. q. 28. num. 31. & de immunit. cap. 3. n. 57. Paz à n. 150. Laym. d. tract. 9. cap. 3. n. 3. Guazzin. cap. 37. n. 47. Azor. p. 2. lib. 9. c. 9. quest. 9. Decian. cap. 28. n. 34. Germon. n. 8. cum seqq. Dian. p. 1. tract. 1. resol. 32. ad fin. Cur. Philipp. num. 42. Portell. sup. n. 14. Tusch. lit. E. conc. 11. n. 3. Genuens. in prax. cap. 22. n. 19. Delbene dubit. 11. sect. 1. & 2. Quorum plerique id verum putant; etsi statutum existat, ut debitor servire creditoribus teneatur; ut Delbene sect. 3. Decian. Diaz, Paz, & alij sup. Imò idem erit in debitore de fuga suspecto, Germon. sup. Delbene sect. 4. Farinac. d. cap. 3. num. 60. Suar. Dian. sup. Guazz. num. 53. & alij, Quod colligitur ex l. 3. tit. 11. p. 1.

Ibi: Etiam si debitor fugiens ad Ecclesiam.

154 Debitor etiam obnoxius tributis Regalibus, vel publicis, confugiens ad Ecclesiam, extrahi non potest; Suar. ubi proximè, Farinac. quest. 28. num. 31. & de Immunit. c. 3. n. 54. Dian. d. resol. 32. in fin. Ambro-

sin. sup. cap. 13. num. 2. Guazzin. cap. 38. n. 46. Bobadill. n. 70. Layman. ubi proximè, Paz n. 155. Gonnid. fallent. 27. Greg. Lop. in lib. 2. Glos. 2. tit. 11. p. 1. Delbene sect. 5. qui num. 1. refert Gambacurt. Curtel. & Pet. Greg. contra docentes, & vide eundem Delbene dubit. 24. sect. 19. n. 2.

Quæ omnia sunt limitanda, quando debitor occultat bona, ut creditores suos fraudet; nam extrahi debet, alioqui Ecclesia patrocinetur delictis, fietque spelunca latronum, ut rectè sentiant Cur. Philipp. ubi proximè, latè Curtier. practicar. lib. 1. cap. 1. à num. 13. Hic enim confugiens ad Ecclesiam nihil aliud intendit, nisi aliena usurpare, atque ita abutitur loci sanctitate, cujus immunitas non suffragatur eis, qui ut peccent, Sacra asylo tument. Quapropter tradi poterit accepta de impunitate cautione, ut carceri mancipetur, quo compellatur occultata bona exhibere, ex quibus satisfiat creditoribus

Verf. Nec Iasonis argumentum sufficiens est.

De hoc vide laudatos num. 153. quorum plures similiter Iasonis argumento respondent.

Ibi: Posset fortasse Iasonis.

Quæstionis est, utrum mercatores, vel campsores decotti immunitate gaudeant Ecclesiastica, etiam si fraudulenter se gesserint, ex alieno opulenter, ac luxuriose viventes? Negant, Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 15. Decian. dicit. num. 34. circa finem, Farinac. dicit. quest. 28. num. 33. Bobadill. num. 68. 71. Rodrig. in summ. tom. 7. cap. 154. num. 1. Guazzin. cap. 47. & alij non pauci quos recenset Delbene sect. 6. n. 1. Pro quibus facit, quod Pius V. in quadam sua constitutione hos fallitos publicis latronibus æquiparat idem. Idem habetur in l. 2. & 6. tit. 19. lib. 5. Recopilat. & notat alios laudans Bobadill. n. 71. & d. l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. ad rem concludit.

Contrarium vero etiam communiter sustinent, Suarez dicit. num. 3. Farinac. sententiam mutans de Immunitat. cap. 5. num. 64. Navar. in manual. cap. 25. n. 16. Delbene dicit. sect. 6. per tot. Ambrosin. num. 4. Gratian. disceptat. forens. cap. 380. num. 19. Novar. in summ. Bullar. tit. de immunitat. Ecclesiar. num. 28. Dian. dicit. resol. 32. Girond. de privileg. interpret. cap. 23. num. 1035. Cherubin. in compend. Bullar. tom. 2. constituit. 117. Pii V. schol. 2. Correa supra. p. 3. q. 12. num. 12. Sanchez confil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 8. num. 24. & alij apud Delbene num. 8.

Sed hæc opiniones facile conciliantur ex dictis 158 supra, num. 155. Aliud est enim dolam admisisse campsores, aut mercatores, recipiendo, & dissipando aliena, cum sciret, se futurum non esse solvendo; & aliud, bona, quæ decoctas habet abscondere: hic latro publicus censetur, quare immunitate juvandus non est, dum creditoribus suis cum possit, satisfacere renuit: Ille vero, id est, qui bona non occultat, etsi antecederet aliena usurpaverit cum ad Ecclesiam confugit, jam à delicto cessavit, solùmque intendit personam à vexationibus, & carcere liberare, nec latro publicus habetur: quæ distinctio planè probatur in l. 6. tit. 19. lib. 5. Recopilation. & traditur per Curtier. & Cur. Philipp. loc. citat. supra num. 155. qui in specie loquuntur. Imò plerique ex illis, qui docent mercatores fallitos non esse immunitate tuendos, expressim loquuntur de eis, qui secum portant bona, aut alias eadem occultant; etsi alij, quibus D. Covarruv. assentire videtur; absolute doceant, hos qui non fortunæ

tunæ casu, sed dolo, & luxuriose vivendo ad decoctionem pervenerint, extrahi ab Ecclesia posse. Quomodoocunque tamen sit, quoties aliquis ob æs alienum tradendus est Judici seculari, præcedere debet cautio de impunitate, non enim evellitur ad punitionem delicti, propter quam non extraheretur; sed ut caeteris ærumnis, aliisque legitimis mediis compellatur bona manifestare, ex quibus creditoribus satisfiat: sic cavetur in l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. ubi de absconditis bona agitur; & verè, praxi receptum, ex decreto Supremi Consilii, restat D. Covarr. verf. Proximo sequenti; nam, ut rectè ait Delbene d. sect. 6. à n. 4. isti non sunt propriè publici latrones ut quasi talis immunitate priventur, sed illis comparantur; quod non sufficit ad ampliandas poenas in præjudicium huiusmodi privilegii Ecclesiarum.

Verf. Nec tamen me lateat.

Videas proximè tradita.

Ibi: Idem ad Judices Ecclesiasticos.

160 Hoc decretum in nova legum compilatione, est l. fin. tit. 2. lib. 1.

Idem, quod de debitoribus, dicendum est de obligatis ad rationia, ratione publicæ, vel privatæ administrationis; qui, si bona, & libros rationum exhibeant, extrahi ab Ecclesia non poterunt, de quo Farin. de Immunit. c. 3. n. 63. Delbene dubit. 11. sect. 6. num. 9. 10. & dubit. 24. sect. 19. n. 4. cum seqq. Navar. d. c. 25. n. 19. Dec. sup. c. 28. n. 26. Dian. part. 6. tract. 1. resol. 20. in fin. Paz n. 158. Cur. Philipp. n. 43. Quamquam eos immunitate juvari absolute dicant Curtell. ubi proximè, quest. 32. Gonnifallent. 37. num. 107. ubi alij. Sed præsertim sustinendo, non refragatur cap. uxor 27. q. 4. quod loquitur de servo, qui cum reddere rationes teneretur, ad Ecclesiam confugit, qui jubetur domino restituere quemadmodum de jure, etiam seclusa obligatione reddendarum rationum, fieri debet, ut supra dicebamus: seculo autem in homine libero dicendum est, nisi bona, vel liberos subtrahat, ut adnotant Paz, & Cur. Philipp.

Ad Num. 15.

161 Est præmittendum, quod Dom. Covarruv. in presenti, loquitur juxta æs antiquum, ante Bullam Gregor. XIV. quo tempore ex cap. fin. de immunitat. Ecclesiar. communis resolutio erat, quod licet in dicto textu solum mentio fiat de homicidio, & membrorum mutilatione in Ecclesia facta, ut propter ea reus extrahi posset, tamen ex generalitate verborum colligebatur, ea delicta, in exemplum, expressa fuisse, non ut cætera excluderentur; atque ita omne crimen saltem grave in loco sacro perpetratum, delinquentem immunitate redderet indignum, ut docent Suar. d. cap. 11. n. 6. Gonnifallent. 3. num. 5. fol. 97. ubi alij Clar. d. q. 30. n. 15. Pet. Gregor. synagoga. jur. lib. 33. c. 2. n. 6. Navar. supra. n. 20. Paz n. 73. cum seqq. Dec. sup. n. 5. Azeved. in l. 3. num. 24. tit. 2. lib. 1. Recopil. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 5. tit. 1. part. 1. R. ginal. in prax. tom. 1. lib. 9. cap. 26. num. 38. Curtier. lib. 3. practicar. q. 1. num. 17. Sarp. c. fol. 43. Portel. sup. n. 15. Vill. dieg. d. cap. 3. num. 206. Cur. lib. 1. q. 1. Zibius in jur. novo Canon. lib. 3. de immunit. Eccles. num. 10. Cur. Philipp. n. 20. Bobad. n. 32. Ant. Gom. lib. 3. c. 10. n. 2. verf. Tertius casus.

162 At neoterici, maxime Theologi, qui post præfata Bullam scripsere, existimant hodie solum ex-

trahi posse ab Ecclesia, qui hominem occiderint, aut membro aliquo mutilaverint; quoniam in ea constitutione horum delictorum mentio tantum fit, in qua Pontifex usus est taxativa, Tantum; per quam omnes casus alios excludit, sic corrensus, vel declarans d. c. ultim. quod secundum communem intellectum, omnia crimina similia, vel gravius expressis comprehendebat, & quod dicta constitutio, tam consuetudines adversus Ecclesiasticam immunitatem, quàm jus commune quatenus ibi statutis contrarium est, abroget, ex pluribus probat Dian. part. 1. tractat. 1. resol. 1. ubi & adversariorum non obliviscitur. Ita docent idem Diana supra, resol. 2. Farinac. de Immunitat. sententiam retractans, c. 16. n. 208. Delbene dubit. 19. sect. 1. à n. 9. Gratian. disceptat. c. 180. num. 29. Bonacio dicit. punct. 16. §. 7. num. 11. versicul. Sed mihi: Boët. decis. 109. num. 3. Pergrin. supra, c. 6. n. 23. & c. 12. num. 5. Genuens. in prax. c. 22. n. 8. Megal. in 3. part. lib. 4. c. 2. q. 1. num. 5. Scortia d. Theorem. 385. Guazzin. supra c. 38. num. 11. Atque ira fuisse declaratum per Sacram Congregationem immunitatis, die 18. Martii anno 1631. testis est oculus Barboia in collectan. Bullar. verb. immunitas, de eo, qui in Ecclesia furtum admisit. Quam sententiam magis congruere menti Pontificis in præfata Bulla verosimilius est; Prior tamen [quam post eandem constitutionem probant ultra Bobadill. Zibæ. supra. Gambacurt. de Immunit. lib. 2. c. 18. Tanner. in 2. d. disputat. 5. q. 8. dubit. 1. num. 16.] usu magis recepta est, saltem apud nos; nam in Ecclesia delinquentes ab ipsa extrahuntur regulariter: nec mirum est, cum in Hispania Bullam Gregorianam usu receptam non esse constet.

Hinc est, ut licet adulter immunitate gaudeat, ut 163 alibi dictum est, si in Ecclesia tale crimen fuerit perpetratum, reus ad punitionem à locis sacris evellitur, Paz num. 85. ubi alij, Cur. Philipp. n. 9. qui idem dicunt de raptore virginum, vel extrahente à Monasterio Monialem, cum in loco sacro delinquat.

Verf. Vicesimo-secundo.

Quæstionis est, utrum delinquens in Ecclesia, non ex proposito, nec animo obtinendi immunitatem; sed subito orta rixa, vel oblata occasione, sit ab ipsa evellendus? Negant Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. Curtier. d. lib. 3. pract. q. 1. num. 8. cum seqq. Tusch. lit. E. conclusion. 11. num. 13. 14. Farinac. de immunitat. c. 16. n. 238. Dian. part. 1. tractat. 1. resol. 11. Azeved. ubi proximè, Novar. supra, n. 58. Sesse decision. 141. num. 8. Zambell. in repertor. moral. verb. Ecclesia quoad ejus immunitat. n. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 10. n. 10. Sperelli. decis. 59. n. 36. Mar. Italia de Immunitat. lib. 6. c. 5. §. 3. n. 1. Guaz. c. 38. n. 14. in fin. Cur. Philipp. n. 20. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 6. tit. 11. part. 1. & ita Romæ fuisse decisum anno 1539. circa homicidium in Ecclesia Sancti Joannis Lateranensis casu paratum, refert Dian. part. 6. tractat. 1. resol. 7. versicul. Sed quid dicendum: quod etiam comprobatur ex l. 3. tit. 2. lib. 1. Recopilat. l. 4. tit. 11. part. 1. ubi: Enfuzi andose de ampararse en ella. Ac de jure verius videtur, quod colligitur, præcipuam, si nempe rationem ejus fuisse, ne delinquenti occasione homines arriperent ex securitate immunitatis Ecclesie, si in ipsa delinquerent; cætera vero rationes ad comprobationem adducuntur, atque ita, deficiente causa finali, cessare debet dispositio, ut dixi lib. 1. c. 26. n. 41. Sic Curtier. n. 12. & alij.

Nihilominus affirmant cum Dom. Covarruv. 164